



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.LVI. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, die vigesima quarta Martij (in festo S. Gabrielis & pervigilio Annuntiationis) cum de mandato ac licentia Vicarij Generalis, Illustrissimi Præsidis Pictaviensis, terram effodi curasset, ubi illa prefata Anthonieta aliè humo mandata fuerant. Vix patuit ipsa humus, cum inustitato odore violas rosasque spirante, pervisum se obstupuit latomus; qui quo magis terram proscindebat, eo gravior & spirantior odor ipse efflabatur. Omnes Pictaviensis Domus Moniales, multique alij eodem odore suffusi sunt: qui libris, epistolis, chartis, lineis, pannis, sericis, omnibus denique vasis, quibus nonnihil pulveris illius, in quem dicta illa redacta fuerant, aspersus, caelestem eundem odorem indebat: quem quidem Divinum quid sapere, nec naturalem fuisse constat, eo clarius, quod nullis aromatibus condita illa fuisse viscera certum est; imo calce viva copiosissime perfusa. Multi hys corporis partibus quibus laborabant, modicum quid sacrorum cineram inspergentes statim convalescere, multi quamprimum mitigatos fuisse dolores, gratulantur quotidie; dictusque odor mirantibus omnibus, perennis ipsis cineribus haeret. Ita citatus Author.

IESU CHRISTI ANNUS. M.DC. LVI.

Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXVI.

PRÆTER mirabiles effectus & fructus in Regia sua Domo & Residencia Matris Gratiae, Montferrateni, nec non tota, ab eadem cognominata, educata, & educata amplissima Ordinis Benedictini Congregatione, virorum scilicet, in summa Virtutum omnium eminentiam summe conspicuorum & illustrium, non minus tamen sese Materfamilias illa Virgo Virginum sub Titulo Matris Sapientiae, Admirabilem hoc ipso tempore, Hispanijs & Orbi universo comprobavit: dum ex Gymnasio illo & promptuario sanctitatis, eruditionis non minus splendores, tanquam è Firmamenti sui thesauris, sidera in theatro orbis, mirabiliter produxit; neque multo minus quam in Hermanno Contracto, & Ruperto Tuitiensi, nostris, verè Admirabilem sese Matrem prodidit, dum in horum dictatis & scriptis, non minus quam in illorum excelleret. Paucos, qui nostravixere ætate, & multi etiam nunc superstites sunt, cum ad suum quemque locum inferere nequiverimus, recenscamus.

Illustrissimus & Reverendissimus P. D. Antonius Perez Archiepiscopus Caesar-augustanus, &c. de quo paulo supra, alia inter scripsit: Lauream Salamantinam, Pentateuchon Fidei, item tres Tomos supra Regulam S. P. N. BENEDICTI. Quatuor Tomos in lingua Hispanica de Conceptibus Evangelicis. Item Authenticam Fidem quatuor Evangeliorum: & plura alia.

P. D. Prudentius de Sandoval, scripsit Historiam Caroli V. imp. & Regis Tomis duobus. Item plures alios libros Historicos de diversis Regibus & Provincijs.

P. D. Jldophonus de Sancto Victore, scripsit linguâ Hispanicâ duos Tomos, inscriptos Sol de Occidente. Item, contra Gallonium, & Patres Basilianos arrogantes sibi antiquitatem habuit.

P. D. Josephus de la Cerda, vir eruditissimus, scripsit De Verbo Incarnato; duos nempe Tomos Commentariorum in Iudith, p. uraque alia incomparabilia.

P. D. Didacus à Sylva scripsit sex Tomos in Partes Divi Thoma Doctoris Angelici, & de facto pergit scribere varia digna nomine suo, & ipsa immortalitate.

P. D. Joannes Caramuel de Lobkowitz, nunc Archiepiscopus Otratinus, quanta scripserit novit etiam Germania nostra, & Europa universa.

D. P. Franciscus de Lemos scripsit supra Hieremiam Prophetiam Commentaria.

P. D. Andreas de Moneda scripsit Cursum Theologicum & Philosophicum, & plura molitur.

P. D. Didacus de Macilla, scripsit supra Concilium Tridentinum, Pentateuchon Fidei, & alia plura reliquit magni ingenij monumenta.

P. D. Didacus Malodeanduzza, etiam Viri illustriam superstes, scripsit septem libros sres Ord. Concionum in lingua Hispanica.

P. D. Antonius de Jopez Historiographus Ord. de hoc Tomos VII. doctissime elaboravit.

P. D. Josephus de Argais, scripsit quatuor Tomos de Annalibus Regum Hispanie, vivit huc usque & subijcit prælo opera quatuordecim.

P. D. Antonius Gomez, scripsit librum cujus Titulus Moyses Hispanicus: & tres Tomos de Conceptibus Evangelicis.

P. D. Petrus de Miranda, scripsit de vera scientia & plura hodie meditatur.

P. D. Fulgentius de Oviedo scripsit utiliter de Theologia Morali.

P p 2

P. D.

scriptores
Benedictini
Montfer-
rat. Congr.

Mater Sa-
pientie in
viris erudi-
tis sua
Montfer-
rat. Congr.
gregat. se
prodidit.

P. D. Antonius de Alvarado scripsit duos Tomos: *De arte bene vivendi*, & unum alterum Tomum, *de arte bene moriendi*.

P. D. Benedictus de la Serna Generalis Ordinis: Scripsit *de Conceptione B. Matris Virginis* Stylo Scholastico.

P. D. Franciscus Crespo, Monachus Montferratensis in Hispania, Confessarius Domini Joannis de Austria filij Philippi IV. Regis Hispan. scripsit & ipse librum insignem *de Conceptione B. MARIE Virginis*.

P. D. Joannes de Reynoso scripsit librum Hispanico idiomate, cujus Titulus est. *Lux de Lucis de Dios*.

P. D. Hieronymus Laureto Monachus Montferratensis scripsit *librum Allegoriarum in totam Scripturam sacram. Item Indicem Virorum & Mulierum Illustrium, qui in sacra scriptura inveniuntur*. Dicitur vir iste sua ætate tot tantisque libros evoluisse, ut nemo ei æqualis inventus fuerit. Hujus Elogium scripsit supra Commentaria in Prophetas P. D. Franciscus Reivera.

P. D. Josephus de Aguirre, scripsit librum æternitate dignissimum, cui Titulum imposuit: *Ludi Salmanticensis*. Pergit scribere in Monasterio S. Vincentij Salmantino, ubi & Professore publicum agit in Universitate.

Viri illustres eruditione.

P. D. Leander à Granata filius aut nepos Regis Granatæ nomine *Parvus*, scripsit *Revelationes, & Vitam Sanctæ Matris nostræ Gertrudis* in lingua Latina & Hispanica.

P. D. Gregorius de Alfaro professor S. Vincentij Salmantini, scripsit varia opera, præcipue *Comentaria in sanctam Regulam*, traxitque in linguam Hispanicam opera Ven. Ludovici Blosij.

P. D. Joannes Castaniza vir insignis scientia & vitæ sanctitate, scripsit *Vitã S. Romualdi*; Item *Conceptus Evangelicos*.

P. D. Ludovicus de Leon Abbas S. P. B E N E D I C T I Hispalensis, scripsit *Conceptus Predicabiles supra Regulam S. P. N.*

P. D. Anselmus Gomez scripsit accuratè *Theologiã Morale*, & laborare pro bono publico & posteritate non desinit.

Hos è multis paucos enumerare libuit, placet & Professorum Cathedralicorum, in Universitatibus Hispaniæ, aliquot recensere nomina, qui magnis sese meritis amplissimis Regnis plurimum commendarunt, & alij non mul-

to antea mortui, alij usque hodie benè mereri non desinunt.

Professores Benedictini Cathedralici in Universitate Salmanticensi.

P. D. Josephus de la Cerda Cathedralicus Primarius Theologiæ ibidem.

P. D. Maurus de Somoza Cathedralicus Primarius Scripturæ.

P. D. Rudesindus Alvarez Cathedralicus Sancti Thomæ.

P. D. Placidus de Puga Cathedralicus ibidem Durandi.

P. D. Antonius de Castillo Cathedralicus Philosophiæ Naturalis.

P. D. Gregorius de Quintanilla Cathedralicus linguæ Hebraicæ.

P. D. Philippus Bahamonde Cathedralicus Philosophiæ & Abbas Collegij Salmantini, usque hodie superstes, uti & plures ex dictis.

P. D. Benedictus Seales Cathedralicus Professor Linguæ sanctæ.

P. D. Josephus Gomez Cathedralicus Professor Dialecticæ.

P. D. Josephus de Aguirre Cathedralicus Philosophiæ Naturalis.

P. D. Franciscus de Borgia Cathedralicus Vespertinus Theologiæ.

P. D. Antonius Perez Cathedralicus Primarius Professor Theologiæ.

Professores Cathedralici ex Ordine nostro Universitatis Ovetanæ.

P. D. Gabriel de Puga Professor Cathedralicus Primarius Theologiæ.

P. D. Petrus de Pacos Cathedralicus Professor Philosophiæ.

P. D. Josephus de Carmona Cathedralicus Primarius Theologiæ.

P. D. Placidus de Salazar Cathedralicus Primarius Theologiæ.

P. D. Martinus de Reynoso Cathedralicus Primarius Theologiæ.

P. D. Bernardus de Ontiveros Professor Cathedralicus Primarius Theologiæ.

P. D. Maurus Martinez Professor Cathedralicus Theologiæ Vespertinus.

P. D. Maurus de Annel Cathedralicus item Theologiæ Vespertinus hodie.

P. D. Gregorius de Sylva Cathedralicus Primarius Theologiæ hodie.

P. D. Didacus Munnos Cathedralicus nuper Primarius Theologiæ.

P. D. Franciscus Munnos Professor Cathedralicus Theologiæ Primarius.

P. D. Joannes de Reynoso Cathedralicus Primarius Theologiæ.

P. D. Franciscus Zeballos Professor Cathedralicus Primarius Theologiæ.

P. D. Placidus de Quiros Cathedralicus Professor Primarius Theologiæ.

P. D. Anselmus de la Torre Professor Cathedralicus Scripturæ sacre.

P. D.

Professores Benedictini.

Professores Benedictini.

P. D. Benedictus Canfeco Professor Cathedra-
traticus Philosophiæ.

P. D. Franciscus Crespo Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

*Professores nostri Ordinis in alma Univer-
sitate Compofellana.*

*Professores
Benedicti-
ni.*

P. D. Didacus de Macilla Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

P. D. Franciscus Seyxas Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

P. D. Placidus de Lyma Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

P. D. Franciscus de Gambero Primarius
Professor Cathedra-
traticus Theologiæ.

P. D. Didacus de Aravio Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

P. D. Didacus de Heria Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

P. D. Petrus de Soria, & ipse Cathedra-
tricus Professor Primarius Theologiæ.

*Professores Cathedra-
trici è nostris Valliso-
lessi.*

P. D. Placidus de Puga Cathedra-
tricus Primarius Professor Theologiæ.

P. D. Joannes de la Guerra, Professor Cathedra-
tricus Primarius Theologiæ
hodie.

In Univerfitate Hispalenfi.

P. D. Martinus Zannarto actualis hodie Cathedra-
tricus Theologiæ.

In Univerfitate Hyrachenfi.

Hæc tota spectat ad Benedictinos, ubi
semper sunt Professores & Regentes Univer-
sitatis Ordinis nostri omnes.

Nec minus in Univerfitatibus Lusitanis
Ordinis nostri Patres, Primarias aliisque Cathedras
summa cum nominis gloria occupant, & in hodiernam usque diem de Regno etiam illo optime mereri non desunt, quorum tamen nomina, ut & aliorum fama perfectionis celeberrimum; per tantis Regni nobilissimi motus & fluctus habere necdum meruimus, sed expectamus.

*IESU CHRISTI ANNUS. M.DC.LVII.
Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXVII.*

*Etiam Ger-
mania &
Gallia. Vi-
ros Doctos
ex Ordine
multos nu-
merat.*

Nec tamen aestimes velim desiderari ejusmodi in Gallijs, ac Germania eruditionis exempla, tanta deesse merita, cum & hæc Salisburgum suum, ut Hyrache Hispania, nec minore cum gloria, Cathedras omnes occupet, & Parisijs, Dolæ, aliisque univ-
ersitatibus Galliæ nostræ Congregationes tales sapius viros dederint, quos universa merito posteritas & admiretur & veneretur. Retinent autem penè innumeros, sacris ultro & sponte velut Theatri carceribus clausos, hostibus Dei & Ecclesiæ debellandis instructissimos, quin & paratissimos, sumis Cathedris

dignissimos, profundissimarum meditatione rerum in Deo absorptos, contemptu Cathedrarum, omnisque gloriæ gloriosissimos, suâ Jugi Dominici bajulatione contentissimos, gratias summas agentes Numini, eminere quoscunque, dum ipsi lateant; parati tunc in prælia Domini consurgere, si necessitas Ecclesiæ deposcat, si amor proximorum urgeat, cum Paulo dicentes, *in quo quis audeat, audeo & ego.* Interim orationi intenti, & effundentes sicut aquam cor suum in conspectu Domini, levantes ad ipsum manus suas, pro ijs, quorum tota vita in sudore est, & labore, pro gloria Numinis, sæpe sapius, plus proficiente apud Deum ter Opt. Maximum, horum intentione, quam illorum opere, in quorum gratissima sibi animi demissione Numen mirificè delectatur, & hujus unius intuitu, mirabilia in peccatorum conversione, simplicium instructione, & præcipitis mundi conservatione operatur. Ex his Simplicianus Gody, morum quam nominis simplicitate clarior, dum dignior sublimibus Cathedris esset, humilibus & simplicibus cum Jesu suo convivere maluit, quam Regum Aulas sequi, & inter Theologos eminere, humaniora studia professus, & Cathedris mi professione inter parvulos parvulus, tanto propior Numini factus, quanto in oculis suis minor, evanescere in oculis mortalium cupijt, vir per omnia magnus. Lusit proin cum pueris, & inter pueros, attraxisse in Ludum visus, & colludentem meruisse, illum, qui humilia mundi elegit, & cum simplicibus est *Sermocinatio ejus.* Audi docentem pueros, & huic colludentem.

*Simplicia-
nus Gody.*

*Dilectissime Sponse, darogantem
Sic me posse tibi reciprocare:
Sim totus tuus. Ipse nam meus Tu.
Sim florente fide: Fidelis es Tu.
Sim gratus Tibi: Gratosus es Tu.
Sim aptè compositus: Decorus es Tu.
Sim ferventer amans: Amas & ardes.
Sim constans animi: Manens ad hæres.
Qua sensum cruciant amara, dura
Sint pro reliquijs Tui cupita.
Pro Te Crux placeat mihi merente:
Pra Te nil placeat mihi placente,*

*Ejusdem
lusiones.*

Ita pueros ludere docuit, ipse serio
lusit; nec possumus quin & altera vice
ludentem producamus:

IESU